

An Doronici Tui semiflosculi habeant staminum rudimenta?

His vale . Tibi addictissimus

*C. Linné.*

Upsaliae 1773, d. 20. April.

---

69.

Vir amplissime!

Doronicum Tuum jam floruit ex Tuis seminibus in Horto, et habet filamenta in radio ut vera Arnica.

Hyacinthus orchidi affinis est meus Hyacinthus orchoides.

Solidago alpina . ne mutes sententiam. Ex Tuis seminibus quae crescit in olla mea, et illa quae in solo libero adeo diversae sunt, ut omnes jurarent diversas esse, sed me praesente hortulanus plantavit in terra libera.

Isopyrum thalictroides. Si non habeas semina, quaeso in literis mittas specimen perfectum, meum enim minus valet.

Horminum pyrenaicum . anne posses dare semina. Veronica quam petiisti inclusa mittitur.

Haec raptim, a morbo Collegae meae D. Rosen distractus. Ter vale .

*Linné.*

(Jacquiniū 28. Julii 1773, respondisse notatur.)

---